ipse futuro parata pecunia persolvere realiter et effective dare
et restituere aut circa Acta Officij Praesentis reponere et relinquere
repositam et relictam penes acta non recipere Nec modo quovis
arestare aut effidembere se de Omnibus bonis suis Mobilibus
et immobilibus Successores suos de eisd. bonis onerando Submit-
tit et inscribit sub Vadio simili alterum Septingentorum florenorum
Polon. in defectu solutionis tempore praefixo ad solvendum irre-
missibiliter succumbendo. Et Coram officio praesenti Castrensi Branscensi
in primo Citationis Termino peremptoria responsione ac reali et effe-
ctiva satisfactione Omnibus Controversijs exceptionibus allega-
tionibus evasionibus dilationibus quibusvis Motionibus appella-
tionibus ac earum prosequutionibus alijsq. in Universum iuris
remedijs et defensis Legalibus impedimentis etiam de iure
concessibilibus se et suos successores sibi abscribendo et abrenunci-
ando. Sub amissione sui honoris secundum Legis et mejoris causis.

Zyczkowna Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Branscensibus comparens
Generosus Stanislaus Wysztkowski olim Mathiae filius in Wysztkowice
antiqua Districtus sanus mente et corpore existens palam publice ac
libere recognovit. Quia Generosa Helizabetha Zyczkowna Generosi
Petri Zyczko filia consorte vero sua charissima et ipsi hunc recognoscenti
Respectu dotis post eam acceptae et in bona sua importatae in O-
mnibus generaliter et singulis in specie bonis suis Mobilibus et
immobilibus in haereditate Wysztkowice antiqua Districtu Drohicensi
et alibi Ubivis Locorum consistentibus haereditarijs obligatorijs pater-
nis Maternis quibusvis summis pecuniarijs et quolibet iuris
titulo concernentibus nunc habitis et in post favente Divina clementia
habendis et acquirendis, eorundemque bonorum suorum praedijs Areis
hortis agris pratis campis sylvis bonis subditis et quibusvis
Omnibus attinentijs attinentibus summam Duorum Millium florenorum numeri
et Monetae Polon. modo certi veri et liquidi debiti ad primam eiusdem
suae ipsius secundum requisitionem solvendam inscribit et assecurat sub vadio
simili alterum Duorum Millium florenorum Polon. in casu ad primam
eiusdem suae ipsius secundum requisitionem non solutionis ad solvendum suc-
cumbendo. Pro quo quidem vadio ac summa essentiale superscriptis

recognoscens

recognoscent ad Officium Castren Capitaneale Drohicien Citatus expostus fuit eius successores Citati expontes Extunc in primo Citationis Termino tanquam peremptorio peremptorie stare parere respondere in scriptis jurid ac eius contentis cum Vadio expende succubitis ac Citatis omnibus ab Officio non recedendo satisfacere omneque iudicatum pati suis cum successoribus tenebitur eundem terminum primum peremptorium et alios omnes subsequentes causa eiusd Terminos semper peremptorios Nullis controversiis exceptionibus allegationibus evasionibus infirmitatibus dilationibus quibusvis motionibus Appellationibus ac earum prosequutionibus evadere volendo in his et aliis omnibus in universum iuris remediis et defensis legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores ibi absorbendo et abrenunciando. Sub amissione sua praesentium succumbentis et integra causa.

Inter Woytkowskie Conges mutua Advitalitas

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Drohicien personaliter comparentes Generosus Stanislaus Woytkowski olim Mathiae filius in Woytkowicze antiqua possessor ab una Et Generosa Helizabeth Zyzkowna Generosi Petri Zyzko filia consors vero eiusd Generosi Stanislai Woytkowski parte ab alia sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt v quilibet illorum suo interesse recognovit. Quia ipsi inter se mutuam reciprocamque Advitalitatem Omnium et singulorum bonorum suorum Mobilium et immobilium haereditariorum obligatoriorum paternorum Maternorum quaesitorum in haereditate Woytkowicze antiqua consistentium aliisque ubivis Locorum consistentium Summarumque quarumvis pecuniariarum super se recognoscendarum modo quovis ac iuris titulo concernentium Nunc habitorum et in post favente Divina clementia habendorum ad extrema vitae sua tempora inscribunt et concedunt tali modo Quod si prius de hac luce Deo Volente Generosum Stanislaum Woytkowski quam Modernam consortem eius Generosam Helizabeth Zyzkowna decedere contingerit Extunc ipsa bona eius Omnia Mobilia et immobilia in haereditate Woytkowicze antiqua et alibi ubivis Locorum consistentium super ipsum Maritum suum modo quovis ac iuris titulo concernentium cum universis attinentiis quaestibus omnibus ac in specie singulis utilitatibus fructibus proventibus Nullis exceptis iure Advitalicio tenebit et possidebit ac illis usque ad extrema vitae suae tempora ususfructuetur. Post mortem vero ipsius bona eadem Omnia in successores eiusd Mariti sui devolventur. Simili etiam modo si prius ipsam Generosam Helizabeth Zyzkowna quam Memoratum Generosum Stanislaum Woytkowski Maritum eius mori contigerit. Extunc ipse bona eius Omnia Mobilia et immobilia ubivis Locorum consistentium Summasque pecuniarias eandem Consortem suam quovis iuris titulo concernentium quaecunque